

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ociositas b
cum uariis

Nichil in sancto proposito ocio deterius est quod non solum modo non acquirit noua, sed etiam parata consumit. Sancte uite ratio processu gaudet et crescit, cessatione torpescit et deficit. Cotidianis ac recentibus uirtutum incrementis instauranda mens est, et uiuendi hoc iter non de transacto, sed de reliquo meciendum.

Ieronymus ad Demetriadem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

parata] peracta P V¹ V² L¹ L²; crescit] sed *add. in marg.* M; iter] inter (*cor. intra*) M